UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè peragendi, & per ea salutem& perfectionem propriam, ac proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Ex Festus Augusti.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54780

Visual Library

& futura moderetur : vitam honeſtam & caſtam mihi tribuat : fidem, ſpem & charitatem mihi præſtet : articulos fidei firmiter credere, & præcepta legis obſervare me faciat : ſenſus corporis mei regat & protegat, & à peccatis mortalibus me ſemper liberet & defendat uſque in finem meum. Hanc orationem ſuppliciter exaudiat, & ſuſcipiat, & vitam æternam mihi tribuat. Audi & intercede pro me, dulciſſima Virgo Maria, Mater Dei & miſericordiæ. Amen.

Ex Feſtis Auguſti.

SAncta Maria Mater Dei in cælos aſſumpta, fac me per mortem in cælum aſſumi.

Beate Stanislae impetra mihi ſolatium in morte, quod tu per Mariam habuiſti.

S. Joannes Baptiſta & S. Apoſtole Bartholomæe impetrate mihi pro felici morte veram pœnitentiam, ſine qua mihi non patet in cælum via, & ob quod, & caput, & cutis relinquenda. Idem mihi impetrate Patroni hoc menſe dati & dandi, &c.

Hora 2da Pomeridiana.

O Intemerata, & in æternum benedicta, ſingularis atque incomparabilis Virgo Dei Genitrix Maria, gratiſſimum Dei templum, Spiritûs ſancti ſacrarium, janua regni cælorum, per quam poſt Deum totus vivit Orbis terrarum. Inclina, Mater miſericordiæ, aures tuæ pietatis indignis ſupplicationibus meis : & eſto mihi maximo peccatori pia & propitia in omnibus auxiliatrix. O Joannes beatiſ-